

2647—2651 bases lapidis Tusculani similes eis quibus inscriptae sunt n. 2600 et 2604 altae m. circ. 0,90, latae m. circ. 0,40. Tusculi in villa Rufinella. In theatro Tusculano repertas esse dicit CANINA p. 122, recte fortasse, nam ibi potissimum Lucianus Bonaparte effossiones videtur fecisse, sed sine auctore.

2647	2648	2649	2650	2651
ORESTES	PYLADES	IASO	TELEMACHOS	DIPHILOS

TELEGONVS

Descripsit Henzen, recognovi ipse. N. 2647, 2650, 2651 exhibet Nibby *viaggio* 2 p. 37, 38 (inde Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 61 p. 119, 120), *analisi* 3 p. 351; omnes Amati ms. Vat. 9738 f. 4, 5, 9751 f. 31, apud Biondium ms. f. 33; ipse Biondi ms. f. 35; Canina p. 122. Solam n. 2651 Helsall *class. Jurnal* 23 (1821) p. 301, item Orelli n. 4163 ex Nibbyo. Omnes omissa sola n. 2648 delineavit Ritschl priscae Latin. mon. ep. tab. 94 g—k (inde Corp. vol. I p. 284).

Singulae hae bases singulas statuas videntur sustinuisse. In sola n. 2649 leguntur nomina duo, sed quorum alterum postea additum esse et quodammodo substitutum priori, calce in v. 4 inlita, recte fortasse coniecit Mommsen (Corp. I l. c.). Nam quomodo Iaso et Telegonus coniungi potuerunt? delendi autem unam ex subscriptionibus statuarum et substituendi in eius locum nomen Telegoni causa fuit sine dubio quod ad hunc origo Tusculi referebatur. Duo certe ex his titulis, n. 2650 et 2651 Graeci sunt scripti litteris Latinis (male TELEMACHVS Nibby); sed in n. 2649 non solum *Telegonus*, quod postea additum esse videtur, sed etiam *Iaso* vocabulum formae est Latinae. — Aetas horum titulorum videtur esse Augusti.

2652 Frascati nel portico di villa Taverna BRACCI et adhuc.

protome viri	protome viri	protome feminae
CLODIVS · TERTIVS	A · CLODIVS · METRODORVS	CLODIA · A · L · HILARA
MEDICVS	sic MDICVS	

Descripserunt Kellermann et Petrus Rosa. Bracci in epistula ad Lamium d. 24 Ian. 1755 [1756?] (epp. bibl. Riccard. vol. XIII), unde edidit Lami *Novelle Fior.* 1756 p. 123 (ex his Donati 322, 7); Oderico sched. Genuens. f. 17; Reggi inter Marinii schedas Vaticanas. Huius corporis vol. VI n. 9574.

2655 in agro Tusculano prope latifundium Barberinorum DONI. In Praecodio Falconianae [?] Nobb. de Cincis FABR.

D	M
L · NOVIO · SABINO	
MARGARITARIO	
FEC · NOVIA · TYCHE	
5 LIB · ET · VXOR · CON · B · M	

Doni cod. Marucell. A 293 p. 210, Neap. p. 233, 1 descriptam a cardinale Barberino; Fabretti 700, 220; Lupi Vat. 9143 f. 48 ab amico. 4 TYCHIA Lup. — 5 B·M proprio versu Don.

2657 in fistulis plumbeis. Frascati rep. ad portam Granaram in ruderibus cuiusdam villae Tusculanae HENZ. Rep. Frascati *sotto le fondamenta della casa Sturbinetti SANTOV.*, similiter GRANDI. Tusculi in aedibus Aluffi Peutini, duobus exemplis ARM. Romae in repositis antiquitatum municipalibus (*nei magazzini della commissione archeol. municipale*) tria exempla vidit LANC.

IMP · DOMITIANI · CAES · AVG · SVB · CVRA
ALYPI · L · PROC · FEC · ABASCANTVS · SER · ATIME

Descripsit Henzen. Exhibent Grandi in schedis; Rossio misit Santovetti; Armellini *cronicetta mensuale* 1876 p. 142; Lanciani syll. epigr. aquar. n. 346 de visu.

2 ALY · PROCOS · ASIAE · ANT · SER · FEC Grandi.

2653 stele marmorea rep. nel territorio dell' antico Tuscolo a Fontana Candida presso l'odierno Monte Porzio, deinde empta ab eis qui praesunt museis Capitolinis.

D	M
CRES	ENTI
SILI	ITALICI
COLLEGIV	
5 SALVTAREM	

Delineavit de Rossi *bull. archeol. municipale* 1882 p. 141, *bull. épigraphique de la Gaule* 2, 1882 tab. XVIII cf. p. 205.

Rossius refert ad Silium Italicum auctorem carminis, consulem ordinarium a. 68, aut ad filium eius (Plin. ep. 3, 7, 2).

2654 cippus marmoreus. Frascati *nella vigna de' signori Pescatori MATT.* (qui addit reputum esse *nella vigna del fu monsignor Ciampini*) similiterque LVP. REGGI. In eadem villa nunc Cicinelli extat.

D	M
M A N S V E T I	
patera STERTINI · QVARTI	urceus
A · MANV	

5 CARPV · FRATRI

Descripsit Lanciani. Mattei p. 96 (inde Mur. 963, 9); Lupi Vat. 9143 f. 5' et apud Vulpi Lat. 8 p. 142 (inde Canina p. 172); Reggi inter Marinii schedas Vaticanas; Wells *Frac.* p. 95.

2656 Tusculi in villa Rufini prope portam pomarii GIORG., in villa Rufina MATT. LVP., in villa Falconieri VVLP.

SOSIMO	
STRVCTORI	
LOGVS DE SVO	
POSVIT CONS	

5 V · A · XVII



Mattei p. 81; Giorgi sched. Casanat.; Vulpi Lat. 8 p. 145 (inde Canina p. 171); Lesleus apud Lupium Vat. 9143 f. 15; Murat. 978, 3 missam ab abate Iosepho Ramagginio.

Fractam esse a sinistra significat solus Giorgi. — 3 LOCVS DENVO Matt. — 5 xvii Giorg. Mur., vii Lup., xxiii Matt. Lup. Vulp.

2658 fistula plumbea. In villa Tusculana Rufinella repperit Biondi BIONDI; in villa Rufinella SETTELE.

REI PVBLICAE TVSCVLANORVM

Biondi ms. f. 80 qui memorat praeterea f. 79 (sub d. 11 Sept. 1825) et f. 87'; Amati ms. Vat., unde nos non enotavimus, enotavit Lanciani syll. epigr. aq. n. 344; Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 61 p. 124; Settele ms. (*libro piccolo* p. 12).

REIPVB tam Biondi quam Settele, REIP Am., RESP Melch. — TVSCVLAN Melch.
Tegulas similiter inscriptas una repertas esse auctores sunt Amati et Melchiorri.

2659 fistula plumbea. Frascati in villa Pentini HENZ.; Frascati rep. *sotto le fondamenta della casa Sturbinetti SANT.*; deinde Romae in repositis antiquitatum municipalibus (*nei magazzini della commissione archeol. municipale*).

Henz.:

AGRIPPINAE

Lanc.:

LV · AGRIPPINAE

Descripsit Henzen. Rossio dedit Santovetti; Lanciani syll. epigr. aquar. n. 347 de visu.